



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Degradatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

DEGRADATIO:

do extraneum. Sed hoc videtur valde durum quod quis non peccando mortaliter, nec dando operam rei illicitæ, incurrat excommunicationem, & quia dictum est esse licitum quemcunque defendere cum debito moderamine, ideo non videtur incurtere excommunicationem, etiam percutiendo clericum hoc modo, quia non fit diabolo suadente. 27. q. 3. c. si quis. Potest enim is sibi facere conscientiam mortaliter non peccasse, ergo nec excommunicationem incurrisse.

⁵ Ex his inferri potest, quod si quis auferat vi, & incontinenti rem ablatam sibi a clerico, non incidit in canonem, quia non facit suadente diabolo, sed secundum ius naturale: nisi res esset volentis rapere, & non tenentis, & nolentis restituere, secundum Ioan. de Lig. qui allegat Innoc. in c. 2. de restit. spo. & non solum licet percutere, sed etiam occidere cum moderamine tamen, si insurgat contra defensorem raptor. Ar. in c. si perfodiens. de homi. ver. de fenderit.

⁶ **Q**UOD si clericus rapuit equum meum, & fugit cum illo, & aliter non possum habere, nisi illum sagitta vel aliquo alio instrumento occidam. Dicunt quidam, quod licet occidere, etiam sine excommunicatione, sicut videmus pro temporalibus quotidie bella mouere, quod fieri non posset in conscientia, si esset contra legem Dei. & Sil. in vers. excommunicatio. 6. ca. fu. 4. §. nono. Innoc. etiam extendit hoc ad expulsionem de domo. de qua clericus nolens recedere, potest percuti, &c.

⁷ **A**N pro defensione rerum suarum liceat alium interficere, vide Ca. secunda secunda. q. 64. a. 7. quia concludit licere, quia quis plus curam habere rerum suarum quam sunt adminicula, vite propriæ, virtutis, & felicitatis, quam vitæ alienæ tenetur, & ibi soluit rationem in oppositum.

DEGRADATIO.

¹ **D**EGRADATIO actualis potest fieri sine numero Episcoporum: secundum Ge. in c. de gradatio. de per. li. 6.

non autem verbalis, quæ oportet fieri a primo Episcopo, cum debito numero Episcoporum. vt in text. & gloss. d. c. degradatio. De forma & modo degradandi. vide in dict. cap. degradatio. & in pastorali. & de numero Episcoporum, quæ ad confessorem parum pertinent.

² **P**ER actualem degradationem, clericus incontinenti perdit privilegia clericalia, & efficitur de foro secularis secundum Panormita. in capitul. nouimus de verborum significatione, & qui cum verberat, non sit excommunicatus: secundum gl. in d. c. degradatio. Secus si degradatio tantum verbaliter fiat. vide Pano. in c. ad abolendam. de hære.

³ **D**EGRADATUS si vult, potest consecrare corpus Christi, quia non amittit characterem sacerdotij: secundum Thom. 3. part. quæst. 83. a. 8. peccaret tamen si hoc faceret, & teneret dicere officium, si erat in factis. cap. dolentes. de celebratio. miss. & similiter si non erat in factis, & retinet beneficium: secundum Gul. sine tamen dominus vobiscum, vel alia solennitate. Et solus Papa tales restituit. infra. Dispensatio. §. 22. Degradatus traditur brachio seculari pro tribus peccatis, quæ ponit Tab. ibi. §. 2.

DELECTATIO

morosa.

¹ **D**ELECTATIO morosa, hoc est voluntaria, quando scilicet homo delectatur de actu malo cogitato, sine voluntate tamen perficiendi tale actum malum, potest considerari ex parte actus, de quo est delectatio, cuius est etiam obiectum, & ex parte consensus. Ex parte actus, si sit mortalis, & delectatio morosa de eo, erit mortalis, vt de furto, adulterio, & huiusmodi. Si erit venialis, similiter & delectatio venialis. Ex parte autem cogitantis, iuxta veritatem deliberati, consensus iudicanda est. Nam si cogitando de actu quantuncunque malo, persona delectetur non aduertendo ad id